

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Pro peccatoru[m] indulge[n]tia precationes du[a]e.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Pro peccatorum indulgentia praecatio alia.

O Iesu clementissime, vtinam compungas duritiam Iapidei cordis mei spinis dolorosæ contritionis, tuæq; passionis memoriam adeò profunde cordi meo imprimas, vt ex intimis cordis mei medullis, tibi pro me passo tenuissimam saltem compassionem exhibere sufficiam, atque ex omni virtute qua mihi possibile fuerit te redarem, omniq; conatu in hoc laborem, ne veteribus peccatis noua superaddam, Amen.

Pro peccatorum indulgentia praecatio alia.

I Esu misericordissime, qui non vis mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur à via sua mala, & viuat, respice super me piissimis oculis illis, quibus electū tuum discipulum Petrum post trinam tui negationem respicere misericorditer es dignatus, & sanctæ mihi contritionis gratiam citius pro omnibus meis grauissimis largire digneris sceleribus, vt continua pœnitentia & amoris lachrymæ in me Matth. 26 abluant, quicquid mea malitia perurgente, rugarum in anima mea contraxi, ne forte cum hac destitutus fuero in æternum peream. Amen.

Ad D. Petrum prospere venie, praecatio.

O Apostolici gregis princeps Petre beatissime, qui tanto maiorem præcateris sanctis habes compassionem cum misericordiis peccatoribus, & cum his qui ex carnis infirmitate in varia sunt prolapsi peccata, quanto tu ipse fragilitatem humanæ naturæ in trina Domini Dei ac dulcis magistri tui negatione es expertus, te obsecro, vt fragili mihi peccatori grauibus peccatis & malorum desideriorum passionibus inuoluto, atq; ad omnem lapsum propenso, gratiam & veniam spem à dilecto, imò prædilecto tuo magistro Domino nostro Iesu Christo obtainere digneris: quandoquidem indignum planè me iudico, qui preces suas coram ipso effundat, aut quem tanta exaudiat Maiestas, ne sub viiiorum onere corruam, aut ob delictorum grauitatem meipsum desperem.

O Petre Christi Ecclesiaz pastor ac rector vigilantissime, erranti ouiculae tuæ succurre, & è luporum faucibus (quod tui est & munera & officia) eam erue, extrahe nunc lapsum de omni sorde, consolare tristem, confirma pusillum corde, protege ab aduersario, custodi à multiplici laqueo, nec finas perire animam pœnitentis pro qua redimenda pius magister tuus doloribus & supplicio mortis se exposuit, sed in hora instantis mortis perduc animam tui confratraris in regnum perpetuæ felicitatis, vbi tu ianitor & princeps existis, Amen.

Quando aliquo singulari excessu grauata am senti conscientiam tuam, conuertere cor tuum ad Dominum, & dic:

O Domine Iesu Christe, colende, adorande & metuende: heu infelix ego, vi- lissimus & ingratissimus peccator, nunc iterum atq; iterum gratiam & ho- nitatem tuam, hoc N.N. dicto aut facto offendit, maiestatem tuam inhono- rauit, & te amatorem atq; benefactorem meum, qui mihi super omnia charissimus, dulcissimus, atque desiderat isti mus esse debueras, abieci. Heu Domine Deus meus doleo, quia peccavi. Et quia nimis parum doleo, vtinam tu cor meum vulneres, & impleas dolore amarissimæ perfectissimæq; contritionis. Et quia ex me est culpa & perditio, ex te vero gratia & miseratione, in virtute tua nunc statuo, super te enixus, ab omni deinceps offensa eiusmodi cauere, omnemq; peccandi occasionem per gratiā

b. 3. tuam

